

deo nihil , tango utique nihil præter superficiem illius.

R O C C H I U S. Sed quid adhuc te putas videre ac tangere quando vides & tangis superficiem illius?

P A Z Z I U S. Quid video , quid tango nisi partes extre-
mas , sive externas , quæ sic aut sic ordinatæ componunt
superficiem illam.

R O C C H I U S. Vere respondisti: & ego jam vere
hinc infero te videre, te tangere nihil præter atomos,quan-
do vides atque tangis parietem : & ratio id inferendi est,
quia partes illæ externæ seu extrema , quæ vides & tan-
gis , sunt indivisibilis in alias ; sicut etiam superficies
quam componunt, in nullam aliam superficiem potest
dividi.

P A Z Z I U S. Bene aiebam , mi Rocchi, te jocari : be-
ne id suspicabatur Philalethes ; nam adeò ne me obtulsum
respondetur arguento. conjecisti , ut illico crederem istam superficiem , de qua
sermo est, eò quod sit indivisibilis citra , esse pariter indi-
visibilem ultra , sive , quod idem est , intra profunditatem
parietis ? Similiter partes , quæ superficiem illam com-
ponunt , capio quidem esse indivisibilis citra , alias enim
nec externæ , nec extrema essent ; sed non capropter sunt
indivisibilis ultra ; & ideo atomi non sunt , quibus utique
opus est , si vere atomi sunt , absolutam & omnimodam
indivisibilitatem inesse.

R O C C H I U S. Arbitrabar te id etiam responsurum,
Partes non mi Pazzi, & jam audi meam instantiam , propter quam
dividuntur
in alias , sed ab aliis.
certus sum , quod tuam illam joci mei suspicionem depo-
nes. Ecce fateris superficiem illam quam vides & tangis
esse indivisibilem citra , propter quod & externa , & ex-
tremæ sit , sed non minus est indivisibilis ultra . Ratio ma-
nifesta est , quia si divisibilis esset ultra , utique primò divi-
sibilis esset in eam , quæ immediate illam sequitur , & sic
deinceps secundò ac tertio , &c. in alias quæ succéidunt ;
quod est impossibile; quis enim non videt superficiem il-